



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 98. Rex Papiæ Juvenem Mediolani Ducem invisit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. amplius cum Italiæ Principibus rem ha-
 A.C. 1494. bere statuit.

§. XCVIII.

*Rex Papiæ juvenem Mediolani Ducem
 invisit.*

*Guicciard.
 hist. Ital. lib. I*

*Daniel. hist.
 Franc. in
 4. tom. 5. p. 94*

Carolus Rex Asta recedens, Casalim, indeque Papiam pervenit, ibique in arce diversatus est, nequidquam adhibitis Ludovici precibus, qui Regem impense rogabat, ne in hac arce commorari vellet; cum enim ibi inclusum tene- ret Joannem Galeatium Mediolani Ducem tum gravi oppressum morbo, omni ope & opera Regem a Nepotis sui colloquio arcere conabatur. Nihilominus Carolus humanissime Galeatium invitavit, nullatenus tamen de præsentis rerum statu sermonem instituit: juvenis quoque Princeps proximæ mortis suæ conscius duntaxat filium ac filiam, quos superstites reliquerat, Regis benevolentiam juges inter lacrymas commendabat. Referunt nonnulli, Ducissam Isabellam ejus conjugem se ad Regis pedes abjecisse, ac nullis aliis precibus interpositis unice eum obsecrasse, ut Alphonso consiliis acquiesceret; unde juvenis Ducis jamjam morituri ploratu, atque ardentissimis conjugis suæ precibus commoti, quam plurimi Galliæ Proceres, quos in-
 ter

ter & Brissonnetus erat, Regi suadebant, ^{Sæcul. XV.}
 imo importunius instabant, ut Ludovi- ^{A.C. 1494.}
 co in vincula coniecto, Mediolanensem
 Ducatum legitimo Principi vindicaret;
 hoc enim facinore, addebant illi, Re-
 gem immortalem nomini suo gloriam
 conciliaturum, Venetosque ei, quamprimum
 hunc Ducatum armis subiecisset,
 haud cunctanter adhæsuros. Horum
 rationibus Carolus pene expugnatus cre-
 debatur, unde solido biduo militares
 excubias ante Papiensis urbis portas au-
 geri iussit, non sine maximo Ludovici
 terrore; ast Rex vel propria imbecillita-
 te, vel potentiorum, qui forte Ludovici
 auro corrupti fuerant, consiliis victus, ab-
 jecto hoc proposito nihil adversus Lu-
 dovicum Ducem molitus est.

§. XCIX.

*Joannis Galeatii juvenis Mediolani
 Ducis obitus.*

Post hæc Carolus die decima octava O- ^{Comm. 1. 7.}
 ctobris Placentiam venit, comitante ^{c. 6. p. 31.}
 eum Ludovico, ubi paucis post adven- ^{Guicciard.}
 tum diebus nuncium accepit, juvenem ^{hist. Ital.}
 Mediolani Ducem, quem cum morte lu- ^{lib. 1.}
 ctantem reliquerat, e vivis excessisse;
 haud temere Ludovicus in propinati ve-
 neni suspicionem adducebatur, quo ejus
 Nepos lenta tabe omnibus viribus ex-
 haustus